



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Emerentiana V. M. Sanctorum corporum veneratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. EMERENTIANA V. M.

*Sanctorum corporum veneratio.*

Deus, qui B. EMERENTIANAM, ad S. Agnetis tumulum orantem, baptizari suo in sanguine voluisti; da nobis ita venerari sanctorum apud nos Martyrum corpora, ut patrocinii quoque efficaciam sentiamus.

*Ora pro Catechumenis,*

169

Scribit S. Ambrosius, quod cum omnis turba Christianorum concurreret ad locum, ubi S. Agnetis parentes corpus virginis via Numentana posuerant; fugientibus ad Paganorum supervenientium armata multitudinem ceteris, sola EMERENTIANA, quæ fuerat collactanea Agnetis, licet cathumena, intrepida & immobilis stabat, exprobrans eis, quod pro defensione lapideorum deorum homines innocentes iugularent. Quare à turbis furentibus lapidata, & suo in sanguine baptizata, oratione juxta sepulcrum Agnetis, emisit spiritum. Venientes autem hujus parentes abstulerunt EMERENTIANÆ corpus, & posuerunt in confinio ejusdem agelli. Propriam olim Basilicam Romæ ipsa habuit, quam collactantem, æque ac S. Agnetis ecclesiam, seculo 8 restauravit Hadrianus I. Sed eam rursus destructam, translatum est corpus ad S. Agnetis: & sic Paulus V, utriusque pretiosissimam aram erigens, utriusque sacra pignora sub ea composuit, intra argenteam arcam 5000 aureorum æstimatam.

*Ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini servis ejus.*  
Isa. 66.